UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Speculum Approbandorum Bipartitum

Unczovsky, Marianus

Coloniæ Agrippinæ, 1693

Quæstio XLIII. De Depositione & Degradatione.

urn:nbn:de:hbz:466:1-37308

Visual Library

Nonnè ceſſatio à Divinis aſſimila-
Interdicto ?

Aſſimilatur quidem aliquomodo uten' per ceſſationem à Divinis pro-etur celebratio Divinorum Officium, & aliquorum Sacrament: admiſtratio; attamen in multis differt, m quia ceſſatio non eſt propriè cenra, tum quia ceſſatio non afficit Pernas, ſed tãtùm locum, tum quia non cludit ſepulturã ſaltèm absque conta ſolennitate &c. deniq; non incit irregularitatẽ in trãsgrediẽte &c.

QUÆSTIO XLIII.

De Depoſitione & Degradatione.

Vicar. AUdire volo, quid ſit *Depoſitio?*

S. *Eſt pœna Eccleſiaſtica ex ſe perpetua & vindicativa, privans Perſonam Eccleſiaſticam ob crimen omni officio & beneficio, retento ſolô Canonis & fori Privilegiô.*

V. Ergo Depoſitio privat ipsâ radice juriſdictionis, ſeu titulo beneficij & officij.

S. Ità eſt, propterea differt à Suſpenſione, quæ privat ſolo uſu Officij & Beneficij, præterquam quod ſit pœna medicinalis & ex ſe temporalis cum ſpe reſtitutionis.

V. Nonnè Cauſa propter quam contingit depoſitio ſunt graviſſima flagitia & ſcelera.

S. Si ſit Depoſitio *reſpectiva* quæ etiam *verbalis Degradatio* dicitur, idcircò quia ad realem degradationem ordinatur, omninò propter graviſſima duntaxat ſcelera infligitur, ſecùs ſi ſit depoſitio *abſoluta* absq; ordine ad realem degradationem.

V. Quæ autem ſunt illa enormia ſcelera?

S. In Jure reperiuntur ſequentia: Hæreſis notoria, & ontumacia Cobdurata; Relapſus quoq; in abjuratam ſemel Hæreſim, non recipiendus ſed degradandus eſt, *item* Falſificatio litterarum Papalium; *item* Sodomia ex conſtitut: Pij V. *item* Calumnia proprio Epiſco-

po

irrogata (accedente incorrigibili-
te)

Quid ſuperaddit Depoſitioni *De-
adatio?*

Privationem Privilegij & *Canonis &*
nonnullasq́;Cæremonias & ſolen-
tates per Canones inſtitutas quæ fa-
le reperientur apud *Canoniſ:*

Ex ijs quæ adfers, infers quòd per-
tiens degradatum Excommunicati-
nem non incurrat.

Non incurrit, ſecùs ſi percuteret
Clericum depoſitum tantùm, & licèt
Ecleſia privet tam degradatum quàm
tiam depoſitum omni munere Cleri-
cali, nihilominus quia Characterem
non aufert, nec auferre poteſt, hinc
Degradatus retinet poteſtatem Ordi-
nis, eamq́; validè exercere poteſt, ac-
proinde cõſecratio Euchariſtiæ à Pres-
bytero degradato facta eſſet valida.

V. Eſtnè degradatus ad Votum Caſtita-
tis obligatus ſi fuit in Sacris Ordinib⁹?

S. Non ſolùm ad Votum ſed etiam ad
Ho-

Horas Canonicas, niſi fortè pœna ad quam damnatur illarum recitationem impediret.

V. Apparet mihi in hac materia non eſſe ultrà procedendum.

S. Et mihi.

QUÆSTIO XLIV.

De Irregularitate ejuſq; Speciebus.

Vicar. NUnquid Irregularitas impedimentum Canonicum?

S. Sic eſt, quare etiam definitur quòd ſit *inhabilitas ſeu impedimentum Canonicum, per ſe, directè, & primariò impediens ſuſceptionem Ordinum, ſecundariò verò & conſequenter eorum uſum*; quid ſingulæ particulæ in hac definitione poſitæ denotent? facilè conſideranti patebit, ſicut etiam primus Irregularitatis effectus, qui eſt ipſa inhabilitas ad ſuſcipiendos Ordines; an autem collatio Beneficij facta Irregulari ſit invalida? vi: *Bonac. Diſp. 5. q. 1. p. 4. n. 19. Layman. lib. 1. Tract. 5. p. 5. c. 1. n. 2.* & alios.

V. Pec-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN